



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,  
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

**Kiene, Johann Georg**

**Constantiae, 1629**

9. An absolutio censuræ intra, vel extra Confessionem sit conferenda.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42214**

monstratensiū, Sueuica Prouincia  
ex iure nouo & amplissimo indul-  
to S. D. N. Papæ Urbani 8.

IX. Quæres an absolutorio à Cen-  
furiis intra, vel extra Confessionē  
Sacramentole debeat impendi? R.  
1. rurius esse eam ab inferioribus  
confessoribus dependēter à Sacra-  
mentalī Confessione cōferri, iuxta  
comunē & vulgarē Bullarū tenorē:  
vti nimirū pænitentiū Confessio-  
nibus diligenter auditis á crimini-  
bus & censuris absoluantur. R. 2.  
non carere probabilitate etiā posse  
absolutiōis beneficiū in foro exte-  
riori concedi, quod priuilegii verba  
æquè Cōfessioi & absolutiōi exte-  
riori queāt accommodari, quā Sacra-  
mentali. Hinc sit ut absoluēs á Cen-  
fura ex delicto graui cōtractā, non  
possit pænā duntaxat Sacramen-  
talē iniūgere, sed etiā instar iudicis  
in foro cōtentioso pænitenti pænā  
in contumaciæ vindictā aduersus

P 4 Eccle-

Ecclesiam exercitæ, quam proinde reus tenetur sufferre, non quidem quod hæc pæna (præteronus satisfactionis & compensatiæ delicti pænitentiæ) sit pars Sacramenti pænitentiæ, sed quod se voluntariè subiecerit huic iudicio & quasi hac conditione posita, absolvitur. *Guar. cit. 1. 27. Roder. cit. 8. 7. cum Nau.* qui ait esse communem, & particulas: Ad dictis pænitentium Confessionibus intelligendas afferit, secundum dispositionem iuris, ut nimicum absoluto fiat dependenter à Confessione Sacramentali, Censuram vero extra Sacramentum. Quapropter Confessor priuilegiatus reum censurâ ligatum, paratumq; condignam satisfactionem & obedientiam Ecclesiæ redhibere, licet nolit aut nequeat Confessionem auriculariem v. g. hæreticum Clerici percussorem, peragere, aut Confessori

fessori non esset integrum, probabile est à sola censura absolutum remitti posse ad alium, cui reliqua peccata detegar. Nec in foro conscientiæ liberatur reus à solutione pænæ foro contentioso debitæ, nec tertio ius adimitur, ut nequeat iustum vindictam postulare, aut publicitus castigari: Publica namque punitio spectat bonum commune & exemplum aliorumque emendationem, idèòq; non debet impediri propter solam emendationem & castigationem in foro conscientiæ, alioqui vergeret in graue Ecclesiæ detrimentum.

X. Episcopi in foro conscientiæ possunt absoluere ab excommunicatione, suspensione, interdicto, irregularitate (exceptâ eâ, quæ oritur ex homicidio voluntario) etiam in Bulla Cænæ Sum. Pontifici reseruatâ, si ex occulto delicto procedat, & ad forum contentio-

P 5 tentio-

oin-  
qui-  
mus  
iuæ  
cra-  
ve-  
o &  
ab-  
sue:  
nu-  
en-  
elli-  
osi-  
alu-  
sio-  
verò  
pter  
cen-  
lig-  
en-  
no-  
au-  
erici  
on-  
lori